

DIPLOMA
LVDOVICIANVM

Q V O
N O B I L I B V S

ADVOCATIS DE PLAVENT,
GERA ac WIDA,

varii generis Privilegia & Regalia partim confir-
mantur, partim de novo conceduntur,

Compluribus observationibus, ad usum Juris publici accommo-
datis, illustratum.

Accedit majoris fidei gratia præsumptum Diploma, ipsissimis
suis literarum ductibus æri incisum,



GRAIZAE,

Typis LVDOVICIANIS,

AN. MDCCXXXII.

K. 114, II^a

(cat. 1515)





Diploma Ludovicianum, quo Nobilibus Ad-
vocatis de Plauen, Gera ac Wida, varii ge-
neris Privilegia & Regalia conceduntur. Dat. Pa-
piæ. A. 1329. *)

A 2

Ludo-

*) Copiam hujus Privilegii exhi-
bet nobis diligentissimus in colligen-
Corp. Jur. feu. dis ejusmodi literis LVNIGIVS,
dal. T. I. p. III. 4. dum vastis suis Archivi Imperialis
it. R. A. 7. B. P. voluminibus istas inseruit; sed non
spec. p. 59. it. fatis accurate istam tune temporis usi-
Contin. II. p. 208. 260. tatam imitatur orthographiam, quod
scribarum forsitan tribendum erit vi-
tatis. Melius spartam suam hac in re
Reuß. Plati- sche Stamm- exornavit P. BECKLERVS, quem
taf. p. 248. secuti deinceps celeberrimus de
Comment. ad LVDWIG, & AVTOR ANO-
A. B. T. II. p.
1034.

NYM VS des Berichts vom Adel
in Deutschland. Interea genuini ta- p. 153.
men ibi vix apparent ductus litera-
rum, ceu isti in originali deprehen-
duntur, quod Greizæ in scriniis illu-
strissimorum Comitum Ruthenorum
de Plauen asservatur, atque auro omni-
no cariusab iis habetur. Sed condonan-
dum & hoc quodammodo illis est, quip-
pe qui non tam de arte critica istius di-
plomatici, cuius fidem authenticam ex-
tra dubitationis posuere aleam, sed

Ludovicus Quartus 1) Dei gracia Romanorum Imperator 2) semper Augustus nobilibus 3) Viris Henrico Seniori Advocato ♂

Hen-

usu potius historico erant solliciti.

Tandem & illud quoque monendum, versionem ejus Germanicam adhuc inter chartas meas reperiri, A. 1517. scriptam, cuius non modo stylus verborum, sed & ductus pariter literarum istam liquido indicant etiam.

1) Singulare prorsus est, quod hic Ludovici nominetur Quartus, qui plurimis, si non omnibus, alias Scriptoribus Germanicis, uno ore ac calamo audit Quintus, siquidem Ludovicus IV. Arnolphi filius ex stirpe Carolingica, Sec. X. jam tum Imperii tenuit gubernacula, quanquam a Pontifice Romano non coronatus, apud Historicos Italos, aliquos paukos, non sit in Imperatorum serie. Ceterum centuriam facile monstraverimus diplomatum, in quibus nomen istud Ludovici absque ullo numeri alicuius occurrit additamento, quare credibile omnino est, exemplum hoc nostrum esse, cui in Historia præter ista diplomata A. 1329. concessa, simile occurret vix. Forsan enim Papiae tunc temporis vitam a gens Imperator hac in re Historico- rum Italorum fecutus est sententiam,

2) Indulgentissimus sane Imperator Ludovicus IV. varia Advocatis de Plauen concedendo diplomata, fuit. Ex his vero elucescit, eum ante A. 1328. semper nominari Romanorum Regem, post verò Imperatorem. In promptu nimirum est causa. Siquidem ante Maximiliani tempora, moris erat in Germania, ut Cæsarum nemo vocaretur Imperator, nisi Romæ fuerit coronatus. Et hæc coronatio apud nostrum accedit A. 1328. finitis nempe cum Anti-Cæsare Friderico Pulchro, Archi-
Glaeser Rs.
duce Austricæ, prolixioribus contro-
Histor. lib. II.
versis. Unde Johannem quoque XXII. Papam, ipsum ea de causa excommunicasse, tradit Abbas Urspergenfis, quod nimirum Imperatoriam potentiam usurparit ante coronationem. Sed istud Pontificis institutum Parisiensis & Bononiensis Academiæ iniquum plane judicarunt, de qua controversia Ludovico IV. adhuc vi-

Aventin.lib. 7.
Annal. Seld.
BVRG integrum scripsit Tractatum, Confil. ad Fer-
de Jur. Regn. & Imper. Roman. din. I. von Rantz.
Maj. Hoheit.

3) Notari hic meretur lectio varians apud LUNIGIVM l. c. indubie falsa, quando is loco: *nobilibus* substituit: *nobilissimis*. Etenim an-

Hahn Rs.
Histor.

Horn Sachs.
Band: Bibli-
oth. P. VIII.
p. 742.



Henrico Juniori Advocato dicto Reucze de Plawen nec non Henrico Seniori ac Henrico Juniori Advocatis de Gera atque etiam Henrico Seniori & Henrico Juniori Advocatis de Wida ac eorum heredibus 4) suis & Imperii fidelibus dilectis graciā suam & omne bonum. Credimus summe bene agere & procul dubio coronam Imperii preciosiorem facimus cum Nobilibus nostris & sacri Romani Imperii quos fide & opere invenimus elariores de rore pietatis ac clemencie nostre varias 5) graciārum nostrarum dulcedines medullitus impartimur ut exinde vicissitudinaliter ab ipsis multe fidelitatis & obsequiorum promptitudinem in casibus oportunis ad honorem Imperii sine erubescencia exigere valeamus. Cum itaque Vos a tempore primeve derivacionis vestre ipsi sacro Romano Imperio per constantis fidei ac devocationis Zelum & per obsequia multiplicititer laudabilia grataanter complacueritis tanquam Ipsius Principales Ministeriales 6) & Vasalli nobiles atque digni supplicationibus

A 3

vestris

tiquis temporibus ne quidem Principibus aliis, praeterquam Virorum nobilium tribuebatur titulus, quem morem adhuc hodie etiam servat Papa. Cæterum superiorem hæc denominatio notabat nobilitatem, in ab Eyben dis. qua Comites ac Dynastæ ordinis ratione erant postremi. Nobilis,

4) Indigitant hæc verba, etiam Advocatorum posteris istud prodesse privilegium,

5) Sapiunt hæc & subsequentia verba maxime stylum curiae in ejusmodi casibus alias usitatum, de cuius

valore ac veritate multa differit ce-Comment, ad. lebri fama cantatus de L V D W I G. A. B. T. II. p. 630.

6) Et hocce quoque prædicatum in nullo alio occurrit Diplomate Ruthenico, præter istud Henri- ci Leonis, Ducis Bavariæ & Saxo-niæ, A. 1153. quo in traditionem Villæ Hampenhüsen, Gerdeni Virginum Cœnobio factam, consentit. Videtur autem extra omne dubium Cæsar. lib. 4.c. respectum habere, ad pristinam Ad-57. du Frefie vocatorum dignitatem, seu officium, voc. Minister. quo olim illustrissimorum Rutheno-Schaten. L. VII. rum Comitum Progenitores jam a Annal. Pader-born. p. 637. prima origine erant functi. Hoc

vestris instantibus serenitati nostre de parte vestra porrectis de-
con-

enim tanti semper aestimabatur, ut
ne quidem Duces ac Principes, immo
nec ipse Imperator istud recusarent.

De orig. & pro- Quare HER TIVS de eo ita scri-
gr. spec. Germ. bit: *In locis Regalibus loco Cæsaris*
Rerumpl. erant Advocati, Reichs-Voigte,
§. 7. Reichs-Schultheisen, Reichs-
Cämmerer dicti, de quorum autorita-
tate & officio Patrum quidem memo-
ria disputatum fuit. Hoc tamen ab
omnibus conceditur, judiciis praedif-
fe, rei nummarie, redditum, vectigali-
um & aliorum jurium ad Cæsarem
spectantium curam gessisse. Haud
paucis ergo Advocati isti Imperato-
rum Judices fuisse videntur Provin-
ciales, de quo late differit Autor des
Berichts vom Adel in Teutschland.

p. 194.

Jur. publ. c. 15. negotiis Imperii, tradit COCCE-
§. I. 22. c. 19. JV S, unde licet colligere, dignita-
tem Status Imperii isti officio fuisse
annexam, cuius rei etiam verba im-
mediate subsequentia: *Vasalli* nimirum
Nobiles, haud leve præbent ar-
guimentum, quare hæc omnia no-
stris quoque summo jure tribuit
Ministerialibus, celeberrimus GLA-
I. Sect. IX.
FEY.

Tr. de Mini-
ster. Lib. I. cap.
I. Sect. IX.

Dum vero Ministerialium vocabu-
lum in se latissime sit patens, hinc
magni ponderis ista additio: *Princi-
pales*, haud obscure indicat, jam di-
ctos Advocatos ab aliis Ministerialib-
us Imperii simplicibus, vel minus
principalibus, maxime fuisse distin-
ctos. Vox enim *Principales* testatur de
præminentia præ aliis Ministerialibus,
& substitutis, & inferioribus, id quod
adhuc magis confirmant verba: *Vasal-
li nobiles*, hanc enim denominatio-
nem ab Imperatore Nobili cuidam
inferioris quondam tributam esse or-
dinis, difficile sane erit probatu.

Vehemens igitur subito me inva-
sit admiratio, quosdam inter Eruditos
haud obscuri nominis, dum istud nuper
pertractaverint argumentum, hinc inde
sæpius a dignitate & Juribus ho-
rum Ministerialium, aliquid petiisse
præsidii, pro hodie sic dicta Nobilitate,
cui scriptis suis maxime sunt
patrocinati, cum tamen insignis in-
ter utrosque differentia luce meri-
diana fere sit clarior. Cui enim
quæso in mentem unquam venire
posset, ejusmodi Principales Ministe-
rialies & Vasallos nobiles, quales hic
occurunt, qui nimirum eximis non
modo investiti erant Regalibus, quo-
rum complexus regulariter Superio-
ritatem designat territorialem, sed

conferendis vobis feodis ac juribus vestris quibus ab Imperio 7)
anti-

& inde profluentia immedia Impe-
rii Statuum tenuere jura, variosque
ex Nobilitate inferiori habuere va-
sallos & subditos, ejusdem plane cum
aliis Ministerialibus secundi ordinis
fuisse conditionis, ut ita a qualitate
unius ad qualitatem alterius tuto
concludi queat? Accedit, quod Advo-
catus iste de Plauen, cuius hic fit
memento, post obitum Heinrici Comi-
tis Schwarzburgici, Friderici, Land-
gravii Thuringiae, Tutor fuerit pri-
marius & Capitanus generalis, pro-

Mon. Pirn. Pec- indeque non vulgaria apud Scripto-
censt. Theatr. res meritus sit praeconia famae, qui
Saxon. p. 275. honor sane vix ulli ex inferioris clas-
Chron. S Petri sis Ministerialibus unquam obtigit.
Joh. Rothe in Chron. Thur. Imo jam dictus quoque Advocatus de
ap. Mencke Plauen, cognominatus Ruzzo, una cum
Scriptor, rer. alio quodam Advocato de Gera, saepius
German. a prænominato Landgratio Thurin-
Beckl. **Xenf.** giæ, intuitu cognationis cum Elisabetha
pl. stammtaf. de Plauen, Alberti Degeneris tertia
p. 47. 60. 276. Conjuge, Avunculi titulo est ornatus,
quod simplicibus aliis Ministerialibus
pariter nunquam evenit.

Ex his igitur omnibus clare satis-
patet, diversi generis Ministeriales mi-
nime inter se esse commiscendos, si-
quidem diversa illis omnino pro di-
versitate dignitatis competit jura.
Et quoniam non raro hodie accidit,
ut incaute admodum ac malitiose,
nullo habito discrimine, omnia con-

fundantur in unum, hacque ratione
huic vel illi, cui haec in re interest,
non leve oriatur præjudicium, suffi-
cit haec modeste jam monuisse, ne ta-
cendo, ejusmodi asserta approbari
videantur. Cæterum animus mihi
non est, integrum de Ministerialibus
hic examinandi doctrinam, siquidein
multorum cum aplausu id nuper e-
git doctissimus EST OR.

Tr. de Mini-
sterialibus.

7) Ex Historia hic monendum est,
Statuum secularium investituram cum
Regalibus, post Svecicorum Impera-
torum Periodum, originem traxisse a
Jure Longobardico, in Germania vim Spener Jus
legis tunc capiente. Cum enim se publ. lib. II,
cundum istud Regalia Imperiali be- cap. IX.
neficio & regni nomine teneantur,
inde quoque investituram cum iis
paulatim esse introductam, mirari non
licet; quamvis ante haec tempora ma-
xima interduam Regalium pars apud
nonnullos Imperii Status, magis anti-
que consuetudinis, vel longissima
præscriptionis, quam Imperialis bene-
ficii, nitebatur titulo, quod sane vix
noverant Juris istius Interpretes, ut
ita non levis iisdem per Jus Longo-
bardicum hac in parte illata fuerit ini-
uria.

Dum vero Imperatori hic simul ad-
ditur Imperium, inde licet colligere,
hancce investituram non soli Impre-

antiquitus 8) infeodati dinoscimini pie condescendere volumus & gracieſe annuere de ſolito noſtre clementiſſime boni-
tatis. Vobis igitur universiſ & ſingulis omnia & ſingula veſtra
jura Regalia ſeu feoda 9) que a nobis & ſacratissimo Romano Im-
perio prefato habere & percipere conſervevitſ cuiuſcunque con-
dicio-

ratori, ſed & toti Imperio, i. e. Ca-
piti & Membris ſimul competere, ut
pote quibus verbiſ ſchemata priſca
ſubjectioniſ, ex mente Juris Longo-
bardici alias derivandæ, poſt interre-
gnū videntur eſſe extincta; qua-
quam in invēſtituræ renovatione ad-
huc quædam hujus rei deprehendun-
tur reliquiæ. Hujus autem mu-
ta-
tioniſ cauſam plerique in Principati-
bus Imperatorum querunt hæredita-
rii, quibus ideo Jura Statuum auge-
ri hand erat adverſum, dum & ha-
ratione rebus ſuis pariter conſuli vi-
derent.

8) His verbiſ indigitatur, præfa-
tos iſtos Advocatos jam ab antiquis
temporibus, ab An. nimiriū 1329. re-
tro computandi, immediate ſubfuſſe
Imperio, quod quidem Viri mea laude
longe maiores haſtentuſ ſibi perſua-
dere non voluerunt, aut certe igno-
rare maluerunt, quam ingenue proſite-
ri. Sufficit autem mihi hocce teſti-
monium omni exceptione maius, Ad-
vocatos iſlos etiam poſt interregni
tempora, Imperio abſque medio bo-
nis & ministeriis adſcriptos extitiffe,
cen eruditie id de temporibus anteaſam jam ſupra adduxi. Reſtante

interregnū quoque afferit doctiſſi- Tr. de Mini-
mus GLAFÉ Y. ster. p. 51.

Cæterum dubitare omnino vix li-
cet, eos ad exemplum aliorum Mini-
ſterialium Imperii, qua Advocatos, jam
tum eximiis quibusdam gavifos fu- Diplom. Fri-
iſſe juribus, quæ poſtmodum augere, der. A. 1232,
atque pactiſ tam expreſſiſ, quam tac-
tiſ firmare, non adeo erat difficile.
Et hæc in complexu hic partim con-
firmantur, partim ex Cæſarea gratia
noviſ accessionib⁹ augentur.

En igitur L. B. habes ſic genuinam
indolem ac originem omnium Rega-
lium illuſtrissimiſ Comitiſ Ruthe-
niſ de Plauen nunc competentium.

9) Certum equidem eſt, quid quod
certiſſimum, Regalia a feudis maxime
diſſerre, ſec. 2. F. 56. id quod etiam de Ludwig
formula iſta feudalis derer Land-Er- Comment. ad
ben und Lehensfolger clare ſatiſ in- A B. T. II.
nuit. Nihilo tamen minus Regalia
hic idem eſſe ac feuda, patet ex par-
ticula ſeu & ſubsequentib⁹ verbiſ:
bona feudalia, cujus quidem rei cau-
ſam eruditie id de temporibus anteaſam jam ſupra adduxi. Reſtante

dicionis seu nominis existant five sint bona feodalia 10) seu Vasallatus hominum, II) Judicia & Jurisdictiones thelonae monete atque conductus stratarum ferarum venaciones five eciam sint piscarie 12) nec non omnes eciam mineras cujuscunq; metalli, qvod in

B

ve-

igitur Vir incliti nominis *J. P. de*
Comment. ad *LUDWIG* hæc verba in lingva verna-
A. B. T. II. p. cula enunciat per vocem : *Reichs- 1034.*
Ej. Singular. *Lehen*, eâque non solum terram, sed
Jur. publ. præ- & subditos aliaque jura comprehendi,
fat. p. 44. 262, optime auguratus est. Cæterum ab
hacce obſervatione hand levis depen-
det uſus in praxi, qvando de tempo-
re renovationis investituræ cum Re-
galibus agitur, qvare eam omnibus in
vita practica veriantibus maxime com-
mendandam puto.

10) Vides itaque L. B. nullo plane
diferentiam Comitum à Dynastiis ni-
ti fundamento, qvam nonnulli Juris-
tagm. Jur. publ. publici Doctores in eo ponunt, qvod
diff. XX. p. 435. Comites effent, qui sua bona vel feu-
di lege, vel ab Imperatore tenerent;
Dynastæ vero, qui bona patrimonialia & allodialia possidebant, siquidem
hic aperte Dominis de Weida, Plau-
len & Gera, bona tribuuntur feuda-
lia.

Sed instas forsan, qvonam ista im-
primis nomine veniant? Ad hancce
igitur qvæſtioneum brevibus regero,
indigitari iis bona, qvæ tunc tempo-
ris ab illis erant possessa, de quibus
Reuß. Planische Stammes-
ſch. BECKLERUS facile ſuppeditabit no-
titiam.

11) Hoc nomine imprimis veni-
unt Vasalli, qui bona sua ab Advo-
catis prædictis feudi lege tunc tem-
poris recognoscabant, atque hodie-
num adhuc recognoscunt, qvi que fe-
cundum *Autoris Anonymi* monita, ad *Bericht vom*
immediatatem nunquam aspirarunt, *Adel in*
qvare etiam in omnibus casib; Do- *Deutschl. p. 198.*

minorum suorum territorialium Ju-
nitur opinione, nobiles Dominos, in quo-
rum censu iſti omnino erant Advocata, qvondam nullos sub ſe habuisse Gründlicher
Knichen de
provinciales jure evocantur. Præterea n. 181. Anon.
autem his verbis qvædam non immer-
to ſuę restituuntur integrati, qvando
nimurum *Dn. de LUDWIG* in ea verfa-
tagm. Jur. publ. publici Doctores in eo ponunt, qvod
diff. XX. p. 435. Comites effent, qui sua bona vel feu-
di lege, vel ab Imperatore tenerent;
Dynastæ vero, qui bona patrimonialia & allodialia possidebant, siquidem
hic aperte Dominis de Weida, Plau-
len & Gera, bona tribuuntur feuda-
lia.

12) Neminem ſanè offendere debet, Regalium quoque mentionem hic
fieri minorum, siquidem in enumera-
tione eorum specifica, prout olim
moris erat, non tantum majora, ſed
& minora ſepiuſ conveniebant, ut
pote qvæ circumscriptio in literis quo-
que investituræ Principum, à multis
retro ſeculis pariter occurrit. Sim-
plicati enim priorum repugnat tem-
porum, tot significantibus uti termi-
nis, jura superioritatis deſignantibus.

Bew. daß das
Hoch Gräf.
Haſſ der
Neuſen von
Pauen unter
die vornehm-
sten Häuſer ih-
res Standes
gerechnet wor-
den.

vestris bonis reperitur que jani possidetis vel imposterum recuperabis, 13) vel que aliis collata sunt 14) vel que absolute tenetis de innata nobis clemencia in feodum concedimus conseruimus & donamus ac eciam de speciali gracia auctoritate nostra presentibus concedendo innovamus. Investientes vos & quemlibet vestrum de feodis predictis omnibus per presentes more nostro solito & consueto. In cuius nostre concessionis donacionis infeodacionis ac innovacionis evidens robur ac testimonium

Müller. Ns. Cumque ista sensim ac successu tandem temporis variis utique titulis fuerint acquisita, mirum etiam non est, Frid. V. P. I. c. 24. p. 315. prædicta in recentioribus Diplomatibus Lynck. resp. 95. n. 45. sæpius cumulari, hisque elogiis Hert. de super. eorum originem maxime denotari. territ. th. 5.

Myler in Ar- Cæterum complexum Regalium chol. c. 10. §. 2. majorum adjuncta clausula universitatatem designante, semper Superioritatis involvere jura, ex praxi Imperii & Juris publici scriptoribus abunde constat. Unde quando recentissimis Regalibus nonnullis inspecie, vel preponitur, vel subjicitur clausula generalis, tunc Regalia omnia concessa intelliguntur.

Weichsner
T. I. Dec. Cam.
6. n. 88.
Lynck. resp.
193. §. 42.

Jur. publ.

Frustra igitur Vir laude sublimis de COCCER contendit, inter Principes ac Comites, ratione possessionis Regalium, maximam esse differentiam. Principes enim ista ex potestate exercere propria, sed Comitibus modo jurisdictionem esse reliquam, cui per longum usum tandem Regalia converint, qua in re ad Reformationem temporibus.

Sigismundi politicam provocat. Sed exemplo nostrorum patet Advocatorum, diu ante ista tempora illos jam Regalibus fuisse donatos. Accedit, quod potestas propria apud Principes non multum sit antiquior, quam apud Comites, & quod distinctio pariter inter Regalia & jurisdicitionem, medio ævo plane fuerit inco-merc. P. III. gnita.

13) Ex eo igitur concludi potest, prædicta jura minerarum Advocatis istis nobilibus etiam competere ratione istorum bonorum Imperii, quæ ipsi post A. 1329. recuperarunt.

14. His verbis intelliguntur bona feudalia Vasallis eorum à prædictis Advocatis reicta; vel si mavis, possent etiam notare subfeuda Imperii, quæ ipsi forsan ab aliis Dominis directis recognoscebant. Mirari autem haud oportet, territorii alicujus inspecie hic nullam fieri mentionem, siquidem mos iste recentioribus modo invaluit

um presentes conscribi & nostro tippo aureo 15) infra filis syri-
cis appenso 16) fecimus communiri & nostro Imperiali con-
ferto signo 17) infra proximo signato insigniri. Datum Papie

B 2

Anno

15) Typus iste est sigillum majus, capsulae cuidam ex auro inclusum, In ejus antica parte videtur effigies Imperatoris, in folio fendentis, & tenentis dextra lcepstrum, sinistra globum cruciferum, cum hoc titulo : *Ludovicus Quartus Dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus.* In parte postica castrum appetet turritum, cum hac inscriptione : *Roma capit mundi regit orbis frena rotundi.* Literae enim Imperatoriae principales non lino & cera, ut vulgo obligari obsignaque solebant, federant, ut hodie loquimur, patentes, in qvarum tamen ima parte fidei causa sigillum seu bulla apponerebatur. Et hac Imperator saltem in majoris momenti utebatur negotiis; qvare adhuc hodie in causis novas dignitates concorrentibus, tantum usque ad Comitum ac Baronum Diplomata aliquis eorum est usus.

Ceterum Originem harum Bullarum plerique ab Ottonis II. derivant temporibus. Et qvoniā apud Græcos mos iste per qvam erat communis, verisimile omnino est, per Theophaniū Histor. p. 10. am, Imperatoris uxorem, eum Germanis pariter innotuisse.

Gladov. R. 16) Observandum hic est, qvod ad cap. 10. lib. Jacobus de BREUL notat ex PETRO 2. Aymoini. Caroli VI. Francorum Regis, Capel-

lano, Ludovicum Crassum, qui regare cœpit Anno Domini MCX, initium fecisse, appendendi figilla per corrigiam vel fila; olim enim affigebantur literis, tenebantqve chartam amplexam ab ultraqve parte, cum bona quantitate cera, idqve mea opinione de sigillis tantum cereis est intelligendum; aurea enim & argentea semper appendebantur.

Sunt autem ista fila, ut hodie, coloris flavi ac nigri, qvare conjectura Dn. de LUDWIG, dum per Comment. adhibet, Archiduces Austriae hos colores A.B. T. II. p. ex Hispania forsan secum reportasse, 1304. nullo proflus nititur fundamento, hoc que exemplo satis refutari potest.

17) Per id intelligitur ita nominatum Monogramma Imperatoris, qvod prope hæc verba conspicitur. Refert autem istud signum, nomen ac titulum Imperatoris, Ludoviци IV. compendio du Fresne in descriptum, ac certis literarum impletione, concinnatum; unde facile f. 666. 667. aliquis ibi leget verba : *Ludovicus diplom. Quartus Romanorum Imperator.*

Videtur omnino BECKLERVS ta- Renß: pl. lia ignorasse, siquidem is admodum je- Grammat. june hoc signum ita interpretatur : p. 285. Die daran an einander hangenden literæ hieroglyphicæ oder verborgene Schriften seynd nur das gemeine Kennzeichen Käyserlicher Macht und

vd 18

12)

X 287/1627

18) Anno Domini millesimo trecentesimo
vigesimo nono duodecima indictione
die vigesima quarta Junii regni nostri
anno quinto decimo Imperii vero se-
cundo.



179. 416. 62
Ego Fr. Hanricus Sacre theologie Doctor fun-
gens officio Domini serenissimi Imperatoris Can-
zelari vice Domini Archiepiscopi Colloniensis Ar-
chicancelari per Ytaliam recognovi. 19)

Hulde. Interea color atramenti &
ductus pariter literarum satis indicant,
huic opere Imperatores raro admo-
dum manum admovisse; Tunc tem-
poris enim ipsi non subscribebant Di-
plomata, sed sigilli tantum munimine
ista roborabant.

Glaſey Rs.
Histor. lib. II.
cap. VI.


18) Cui Historia Imperatoris Lu-
dovici Bavari plane non est incognita,
is facile animadvertiset, eum tunc tem-
poris, ob controversias cum Papa agi-
tas, vitam in Italia egisse,

19. Haec subscriptio una cum præ-

nominato Monogrammate, apud LU-
NIGIUM plane est omissa, unde haud
difficulter colligere licet, ipsum à vul-
gari quodam copia istud Diploma de-
scriptissime. Interea ex eo clare satis-
patet, Archiepiscopum Coloniensem
tunc temporis adhuc res ad Imperium
Germanicum spectantes, praesente Im-
peratore, in Italia expedivisse, donec
tandem successu temporis mos inva-
luit, ut locus expeditionis saltem con-
sideraretur, atque sic per consegu-
tiam Archiepiscopo Moguntino omnia
fuerint concessa.

Spener teut-
sche Staats-
Rechts Lehre.
Lib. II. cap. IV.
P. 155.





DIPLOMA LVDOVICIANVM

Q V O


N O B I L I B V S

ADVOCATIS DE PLAVENT,
GERA ac WIDA,

varii generis Privilegia & Regalia partim confir-
mantur, partim de novo conceduntur,

Compluribus observationibus, ad usum Juris publici accommo-
datis, illustratum.

Accedit majoris fidei gratia præfatum Diploma, ipfissimis
suis literarum ductibus æri incisum,



GRAIZAE,

Typis LVDOVICIANIS,

AN. MDCCXXXII.